

eum in finem fuerit posita, vt aduentantes Patres *Victoriae* adolerent; haud repugnemus, si alia multa, quae iucunda sunt, nominibus diuinis insignita religiose culta et *templis* quoque honorata esse commemorantur: Vix tamen in eam opinionem adducaris, ipsam MORTEM, quae humanae natura adeo exota et τῶν φοβερῶν φοβερῶτατον esse solet, ceu *Deam* adoratam, eidemque templum esse constitutum.

§. 3.

Ac fatendum vtique est, MORTIS Deae inter Romanos rariorem iniici mentionem. CESELLIVS quidem in lectionibus suis antiquis *tria*, inquit, *nomina Parcarum sunt, Nona, Decima, MORTA* et verum hunc LIVII poëtae antiquissimi ex *Odyssæa* ponit:

*Quando dies adueniet, quem profata MORTA est.*

Sed accepit is MORTAM pro nomine, quum vel vitium scriptionis ex μ῀ρτα fecerit MORTAM vel saltem haec vox non secus, quam pro Latina conuersione dictionis μ῀ρτα accipi debeat.

§. 4.

Hallucinari tamen existimo NATALEM COMITEM in eo quod contendit, MORTEM *Deam* nullum omnino templum obtinuisse. Quum jam in eo verser, vt hunc errorem e libro eius emendatione tollam, sententiamque, quae NATALIS COMITIS opinioni opposita est probem:

B 2

ipsa

cellentissimus IOHANNES HENRICVS SCHVLZE, antiquitatum interpres callentissimus, singularem, quae typis Halze expressa est, disputationem de *era victorinae* publice haberet.